



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

9. Quasi rosa super rivos aquarum fructificate & date odorem. Eccl. 39.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Contra Perfas.

Contra Saracenos.

Hierosolyma expugnata.

B. M. V.

Beneficium Dei.

Deus voluit esse memoriam.

Apo. 11.

Heraclitus quoque Imperibus impetij desperatione: vnde & agonizantes dicuntur qui tunc cum morte & inferis colluctantur. Quid ergo remedium inter tot insultus, nisi ad Deiparam recurras cum fiducia, quæ hostibus terribilis est vt castrorum acies ordinata; Hæc certò prælio est tunc sibi devotis, vt eis impetret perseverantiam, victoriam coronam, vt tenebras dissipat, iterque parat tunc ad videndum Iesum. Hinc inclamat Ecclesia: *Maria Mater gratia, Mater Misericordia, tu nos ab hoste proteges, & hora mortis suscipe.* Reperamus ergò ei grato animo, Benedicte tu Mater nostra, quæ hostem vicisti ne vagam per peccatum noceret tibi: Benedicte tu, quæ illum vicisti pro nobis, vt ab eius captivitate redderemur liberi: Benedicte tu, quæ tot victorias contra infideles & hæreticos Ecclesiæ tribuisti: Benedicte tu, & milles benedicte, quia omnis nostra victoria contra peccatum & infernum quotidie per te provenit, speramusque per te æternam victoriam & coronam.

Benignissima Virgo, *S. Maria de Victoria*, An non hi omnes & innumeri alij eandem ob causam iure in huius Virginis laudem dicere poterunt. *Benedixit te Deus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.* Omnes igitur has victorias pollumus in hac die commemorare, & gratias Deo agere, qui toties dedit nobis victoriam per Iesum Christum & Matrem eius. Certè vult Deus vt simus memores beneficiorum. Vnde Pascha insinuat in memoriam transitus matris rubri: Pentecosten in memoriam legis datæ in Sinai, Festum tabernaculorum in memoriam mansuorum in deserto, ubi aluerat plebem per 40. annos pane Cæli. Sic & servata est Arca cum Lege, Virga, & Manna, vt nunquam oblivisceretur populus educationis suæ de domo servitutis in manu forti, torque beneficiorum in itinere suo. Similem igitur ob causam voluit Summus Pontifex, vt festo particulari honoraremus diem illum beneficium, quo victoriam Christianus populus contra infideles tulit, cum periculum toti immineret Christianitati, quando contrivit capita draconum in aquis.

Denique concludamus, & dicamus, quòd meritò intulerit Beatissima Virgo, *S. Maria de Victoria*, quod quæ ei iure inclametur: *Benedixit te Deus, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.* quia Christianis finalis per ipsam contingit victoria & corona. Nempe in hac fortissimum nobis incumbit bellum, in quo Diabolus omnes suas vires impendit, cum suis potentibus & legionibus raris. Nihil tunc non molitur, vt per suggestiones pessimas, sive infidelitatis, sive desperationis, sive præsumptionis profiget hominem. Tunc verum est illud: *Descendit Diabolus ad vos, habens magnam iram, sciens quia modicum tempus habet.* Atq; tunc instat Labao persequitur Iacob revertente in terram Patrum suorum, imò instat Pharaonis crudelitas trahat excentes de Ægypto in terram promissionis. Quia tunc agitur de æternitate victoria, sive de æternitate victoria, magna opus est collu-

statione: vnde & agonizantes dicuntur qui tunc cum morte & inferis colluctantur. Quid ergo remedium inter tot insultus, nisi ad Deiparam recurras cum fiducia, quæ hostibus terribilis est vt castrorum acies ordinata; Hæc certò prælio est tunc sibi devotis, vt eis impetret perseverantiam, victoriam coronam, vt tenebras dissipat, iterque parat tunc ad videndum Iesum. Hinc inclamat Ecclesia: *Maria Mater gratia, Mater Misericordia, tu nos ab hoste proteges, & hora mortis suscipe.* Reperamus ergò ei grato animo, Benedicte tu Mater nostra, quæ hostem vicisti ne vagam per peccatum noceret tibi: Benedicte tu, quæ illum vicisti pro nobis, vt ab eius captivitate redderemur liberi: Benedicte tu, quæ tot victorias contra infideles & hæreticos Ecclesiæ tribuisti: Benedicte tu, & milles benedicte, quia omnis nostra victoria contra peccatum & infernum quotidie per te provenit, speramusque per te æternam victoriam & coronam.

LECTIO IX.

Thema. *Quasi Rosa super rivum aquarum fructificavit, & dante odorem.* Eccli. 39.

Sanctissima Virgo Maria plurima dedit symbolo. *Compendatur hic cultus Rosarii.* Quæ specialis sui amoris dilectoribus suis, vt magis magisque cultum suum propagarent, & alios ad eandem dilectionem illicerent. Nonnullis id exemplis illustremus.

Cum S. Franciscus Ordinem suum institueret, & in Ecclesia B. Mariæ Angelorum spiritum perfectionis hausisset, impetravit ei Deipara Maria à Filio indulgentiam plenariam pro visitantibus hanc Ecclesiam, vt sic & virgineus cultus, & eius Ordo propagaretur. Simul autem procuravit ei duodecim Rosas albas, & totidem rubeas in media hyeme; quas præsentaret Supremo Pontifici, vt non dubitaret Ordinem hunc recens institutum, qui ex duodecim Fratribus constinebatur, è Cælo esse, ac per eandem virginitatis ruboremque charitatis Deo placere.

Sic quoque S. Bernardo, castissimo suo dilectori lac candidum in os fudit ex mamillis suis, vt dulcedine suæ pietatis illum impleteret, quam & in alios refunderet. Quod ipsum S. Chysofotomo, S. Fulberto, B. Henrico Suloni contigisse nonnulli memorant, idque eandem ob causam, ob pietatē scilicet singularem erga hanc Virginem Deiparam, *S. Chrysof. Fulb. &c. S. Hubert. &c.* quæ ideo eos voluit esse Filij sui velut collataneos. Vid Bonart in 24 Eccli.

Polem & hic repetere, quomodo ipsa quoque in telleram affectus, S. Huberto Stolam illam prodigijs plenam procuravit, quæ a nonaginta annis non imminuit. Quomodo etiam S. Ildephonso procuravit cælitus Calulam, quæ Festa virginea celebraret, & erga Virginem affectum omnibus admirabilem redderet, ac commendaret.

Sed vt propius ad propositum accedam, illud hic *S. Domi specia.*



Michis eni
sunt Ro
sarii &
B.V.M.
accepit.

specialiter rememorandum dico, quomodo B. Dominico Rosarii cultum tradiderit: ut ipse illud velut Vexillum erigeret, sub quo congregarentur devoti eius serviti: imò, ut esset velut Balneus specialis & virgineus, (quã vulgò, *La Lierre de la vierge* nominaremus) quo agnosceretur hi servi & milites Parthenij. Certè per illud millia multa cõvertit, quia potens est Deus per illos lapillos filios Abrahamæ suscitare. Per illud quasi per Sagenã amplissimam in mare missam multos pisces se lectos ad litus adduxit. Per illud contra Dæmones & Infernum pugnavit, quia hæc sunt signa & arma militiæ nostræ, quibus hostes illi terrètur & vincuntur: *arma lucis*, quibus dispelluntur *Potestates tenebrarum*.

Memorable est quod hæc de re legimus in vita S. Dominici, Annunciabat ipse hæc mysteria Rosarii magno fervore & zelo; quidam autem hæreticus Albigenis varijs calumnijs ei obstitabat, imò spiritu satanico publicè concionanti ausus est contradicere. Iusto autem Dei judicio factum est, ut ad Dæmonibus possideretur: adeo ut dentibus vestes dilaceraret, finus disrumperet, ideoque carnis constringere eum oportuit. Amici miserii eius, adduxerunt eum ad S. Dominicum post concionem, coram univèrsâ plebe, quæ excedere credebatur duodecim millia, deprecantes ut & ipse eius misereri dignetur. Per virtutem igitur Rosarii adiuravit Dæmones, ut ad tres quæstiones responderent. Cur hunc hominem ingressi. Quor numero? An quæ de virtute Rosarii doceret, vera forent? Ad hæc interrogaciones enilabant obtinentes, nec tamen reluctari valuerunt, divino premente imperio. Ad primum ergo dixere causam fuisse irreverentiam in Matrem Dei, & incredulitatem, qua oblitierat Dominici concionibus. Ad secundum dixere numerum esse quindecim millium, eò quod Rosario obtinisset quindecim mysteria completenti, se tamen invitos ingressos, cum id scirent ad suam esse confusionem. Ad tertium coacti sunt respondere, verissima esse quæ de Rosario docebat, seque illud maximè odisse, quia B. Virgo per illud impedisset frequenter, ne turbarent Ecclesiam. Post multa alia ibi peracta, Dominicus hortatus est plebem ut clara voce singuli tractum Rosarium recitarent. Sicque cum ipse primus inchoaret, ad singulas salutaciones Angelicas multitudinum ex corpore miserii hæretici erumpebat donec torus incolomis evasit, multique inde hæretici sunt conversi. *Vide vitam S. Dominici scriptam per quatuor Scriptores sui Ordinis.*

Non solum S. Dominico velut primævo Instructori Rosarii illud in symbolum affectus specialis tradidit Virgo Deipara, & docuit methodum sui Palterij facti, sed etiam B. Alano de Rupe, eiusdem Ordinis alumno, & S. Theol. Doctori tantquam Rosarii Restauratori sese exhibuit benivolentissimam varijs signis externis. Ipsa Alannum elegerat, ut Rosario suo, cuius de fluxerant Rosa, ser-

Exemplum
memoria
bilis.

PHANTIE

S. Alanus
de Rupe
Rosarii
restaurator.

voque interperat per sanctas exhortaciones virtutem pristinam redderet. Quapropter & hunc in Sponsum assumens, ei amoris acerrimi anhas, denavit. Annulũ scilicet è cincticis capitis sui composuit, & Rosarium vnum quod eius colloposuit. Quibus ille amoris virginici testis recreatus, per quindecim annos indefesso labore cultum Virginis per Rosarium in Belgio, Gallia Germania promovit. Atque etiam lactis copiam in os orantis Virginem fudisse, sicut & S. Bernardo, tradunt. Quapropter cum novellus foret Deiparæ Sponsus, sicut ipse seipsum nominat tacite in libro de Rosario seu Palterio Virginis, ipsa die Navitatis Sponsus fuit in devotione perseverans ex hac luce evocatus est ad cælestem lucem. Atque æternitate licet renatus mercedem acceptæ Deiparæ, ad cuius cultum innumera millia zelo ardentissimo traduxerat.

Nemo igitur pium hunc cultum contemnat, nisi & Virginem & Filium eius Iesum Christum contemneret velit. Rememoratur enim Rosarium compendiosè præcipua Christianæ, salutis mysteria, quæ nominari solent *Mysteria gaudiosa, dolores, gloriosa* Rosarium quoque ex Scriptura sacra compositum est, quia continet orationem Dominicam ab ipso Christo editam, & Salutacionem Angelicam à Trinitate dictatã, ab Angelo patrum, patrum à S. Elizabetha, completivè autem ab Ecclesia pronuntiã, & iam ab initio Christianæ Religionis usurpatam, ac à Concilij generalibus confirmatã; ita ut ex ore infantium laus Mariæ resulet & in universo Orbe per hæc Salutacionem Angelicam.

Quid ergo obstrepere hic petunt hæretici malevoli, nisi quia fortè oderunt verba Angeli lucis, excæcati ab Angelo tenebrarum? Nec dicant hoc reprobare, quod per numeros Deum colimus, illis que nos adstringimus. Notum est enim ex sacris literis sæpe numerum in oratione mysticam esse. An nõ dicit Rex & Prophetas: *Septies in die laudem dixi tibi*; An non septies orat Elias in genibus curvatus, & septies mittit puerum suum, ut respiciat circa mare si fortè pluvij signum advertere valeat; An non ter in die orat Daniel apertis fenestris, faciem vertens erga Ierusalem, licet in Babylone ageret; An non Christus tertio eandem orationem promit in hortu, quasi fundamentum quoddam inilians huic Rosario? Meritò ergo in memoriã quindecim primariorum mysteriorum salutis nostræ decies & quinquies repetimus Orationem Dominicam. Meritò adijcimus centum quinquaginta Salutaciones Angelicas, ut Palterium quoddam breve & incundum Virgini Deiparæ persolvamus, sicut & Davidicum Palterium ex centum quinquaginta Palmis constitutum. Nichil hic superstitiosis, omnia plena sunt fidei & pietatis. In superbia & vanitate leasus sui censetur ambulare, qui hunc orandi modum aspernatus, quæ Deus inspiravit, & per viros sanctissimos tra-

Rosarii
compen
diosa me
ritum
præcipua
salutis
mysteria
Numer
oratio
ne resp
eum q
shoniam
exempl
Eph
Rosarii
breve
quidam
Palter
B. Al

rens, tot Rosas, quot preces per Angelum transmi-
 sit in calathis, ad Christum & Virginem coronan-
 dos. Post mortem inventi sunt globuli precarii cir-
 ca pectus & inter digitos, quibus coronam Virgini
 Matri supplex offerebat. Quare vicissim varia ab
 Angelis obsequia, & florum munera, recepit. Ac
 tandem sub mortem à Christo Domino in gremio
 Matris, quasi in thalamo regali, modulanteibus An-
 gelis, corona ex auro & totis coronata, assistentibus
 SS. Petro & Paulo, quasi ad cœlestes nuptias invita-
 ta, dormientis in morem se componens, sola in
 spelunca, Angelis notissima, hominibus inaccessa,
 efflavit animam in manus Christi & Mariæ. Atque
 Angelo duce, rosas etiam redimito, ad cœlestem
 Sponsi thalamum deducta, in æternum triumphat,
 Constant est fama corporis eius instar S. Cathari-
 næ Angelico ministerio sepultum fuisse, quod
 ipsum restatur saxum ingens, cui vndique conclusum
 fuit. Inventum est autem paucis abhinc annis
 post quingentorum fere annorum larebras, & mi-
 raculis in Sicilia coruscant. V. Cornel. in cap. 24. Ec-
 cli. Versu 18.

*Sancti fructus, bona opera: arbor vite: Sapientia Ma-
 ter omnium bonorum, vel Sanctus Sanctorum. Ar-
 bor scientia boni & mali. Liberum arbitrium. Ita c. 21.
 Aug. allegorizans.*
 Quæ quidem generaliter dicta de Ecclesia, par-
 ticulariter dici possunt de nobilissima parte Eccle-
 siæ, sive de Religione sancta: & maxime accommo-
 dare cupio Religioni S. Francisci. Est enim Paradi-
 sus quidam spiritualis, plenus delicijs, & respicit ad
 Orientem, semper ad Christum respiciens, ado-
 rans & contemplans, admirans & amans.

Hortus est conclusus Sponsi, in quo loquatur,
 ibi arbores fructiferæ & flores odoriferi, ibi animæ
 omni virtutum genere perfectæ, ibi Philomela re-
 sonantes laudes Dei, Turtur gemens, Columba
 meditans.
 Ibi iucundissima habitatio, & deliciosa conver-
 satio, ibi Lignum vitæ, Crux Christi, in qua glori-
 antur, proferentes in illo totâ suam salutem, vitam,
 & gloriam adesse.

Denique, ibi Fons gratiæ, plantas irrigans, & ser-
 vandans. Hunc verò Hortum à Diva Virgine plan-
 tatum assero, de quo introduco eam loquentem S. Fran-
 cis. *Rigabo Hortum plantationum, &c.* Nimirum ipsa
 est, quæ huic Ordinem imperavit à Deo, & Filio præstitit
 suo, ad conversionem peccatorum in vitivis seculi-
 bus, ad reductionem errantium, ad renovationem eius
 memoriam vulnerum Christi, per signiferum
 Franciscum, qui hæc per se & suos in universum
 orbem deferre debebat, & ignem amoris iterum
 mittere in terram. Vnde poterat dicere: Ignem veni
 mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Con-
 da frigida in flammam veniat, & primitivæ Eccle-
 siæ fervorem in cordibus renouare fidelibus.

Vnde & ipsa Beata Virgo ad pacificandam iram
 Filij hunc famulum ei præsentavit, cuius opera con-
 vertenda forent. An non ergo merito huic delicio-
 sum Hortum plantasse ipsa dicitur?

Hoc vltimum patebit, si ad veritas quod ipse Fran-
 cis. spiritum vitæ & perfectionis in Ecclesia S. *Francis.*
 Mariæ Angelorum primò hauserit ipsa inspirante, plantans
 Pussillus grex ibi cepit, grex cui complaceat Pater &c.
 daret regnum Vnde ibidem voluit reddere spiritum
 vitæ, commendans regem suum Virgini. Reddi-
 dit autem spiritum in illis verbis: *Educ de custodia P. &c.*
animam meam, ad confitendum nomini tuo. Cum
 noctibus ibi orationi vacaret, inspirata est ei Regu-
 la sua, & inscripta in corde eius: quam Dominus
 postea vulneribus suis sigillare volebat.

Sicut ergo Moysi cogitanti ædificare tabernacu-
 lum dictum est: *Inspicit, & fac secundum exemplar Dedit*
quod tibi monstratum est. Ita & Franciscus cogitanti
 tabernaculum Dei erigere, tabernaculum pauper-
 tatis, humilitatis, patientiæ, ipsi inspiratum est, ut
 exemplar in monte Caluarie inspiceret. Idem
 Crucifixum: cui sese & suos conformare debebat,
 & hæres esse illius, nudumque audis loqui. Hoc
 totum factum est in illa Ecclesia, partim dum bo-
 nus

PLANTATIO

LECTIO X. TRIPART.

Thema, *Ego quasi Aqueductus exiui de Paradiso.*
*Dixi. Rigabo Hortum plantationum mea-
 rum. Eccle. 24.*

*Pro Feste
 S. Mariæ
 Angelo-
 rum suis
 & Porti-
 nucis.*

IN Cantico illo diuini amoris sapius Sponsa
 Sponsum inuitat ad Hortum suum visendum, ad
 colligendum lilia, fructus, flores, ad deambulandum
 inter areolas aromatum, & odores Horto-
 rum. Ego in vito vos hodiè, vt simul ingrediamur
 Hortum floridum, & quasi quemdam Paradisum
 voluptatis, mira varietate ornatum. Hæc erit Reli-
 gio sacra S. Francisci, quam ego vobis representare
 volo sub scilicet emare Horti flori, polymiti, & odo-
 riferi. Hic est Hortus Sponsi & Sponsæ Christi &
 Mariæ, in quo deliciantur: ideoque vobis declara-
 bo primò, quomodò ipsa illam plantarit. 2. quomodò
 rigarit. 3. quomodò inebriarit, id est, omni bene-
 dictione repleuerit iuxta illud: *Ego quasi Aqueductus
 exiui de Paradiso. Dixi, Rigabo hortum planta-
 tionum mearum.*

*Eccli. 24.
 Pars I.
 Quomodo
 B. M. V.
 hortum
 suum
 plantarit.*

Plantat Deus Paradisum voluptatis ad orientem,
 in quo omnis generis arbores fructiferæ,
 plantæ, flores odoriferi, & deliciarum abundantia:
 eratque habitatio Filiorum Dei iucundissima, tem-
 peratissima, ad Solis semper splendorem lucida, a-
 mabilis vnde quaque. Erat & Lignum vitæ in me-
 dio Paradisi, & Fons ascendebat ad irrigandam eius
 superficiem.

*Delitia-
 rum Pa-
 radisi Al-*

Hic Hortus exemplar erat Ecclesiæ Dei, que
 modò Vineæ erat, modò Hortus manu Omnipotentis
 plantatus, plenus delicijs spiritualibus, & ha-
 bitatio Filiorum Dei. *Ecclesia, inquit S. August. est
 Paradisus: quatuor flumina, quatuor Euangelia, vel
 quatuor Virtutes Cardinales. Plantes fructifera sunt*